

**Disputatio medica inauguralis De epilepsia puerorum. Quam, praeside deo  
opt. max. Ex authoritate magnifici Rectoris, D. Theodori Ryckii, ... nec non  
amplissimi senatus academici consensu, & almae facultatis medicae  
decreto, pro gradu doctoratus, summisque in medicina honoribus &  
privilegiis ritè ac legitimè consequendis, / publico examini subjicit  
Johannes Baptista Peierlin, ... ad diem 13 Aprilis, loco horisque solitis.**

## **Contributors**

Peyer, Johann Baptist, active 1682.  
Ryckius, Theodorus, 1640-1690.  
Elzevir, Abraham, 1653-1712  
Rijksuniversiteit te Leiden.

## **Publication/Creation**

Lugduni Batavorum : Apud Abrahamum Elzevier, academiae typograph, Anno  
M D C LXXXII. [1682]

## **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/zb3mkktk>

## **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under  
copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made  
available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial  
purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

# Epilepsia Puerorum.

QVAM,

PRÆSIDE DEO OPT. MAX.

*Ex Authoritate Magnifici Rectoris,*

D. THEODORI RYCKII, J. U. D.,

in Illustri Academiâ Lugduno-Batavâ Professoris  
Historiarum & Eloquentiæ,

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academicici Consensu, & Alma  
Facultatis MEDICÆ decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS,

Summisque in MEDICINA Honoribus & Priva-  
legiis ritè ac legitimè consequendis,

*Publico examini subjicit*

JOHANNES BAPTISTA PEIERLIN, Aug.-Vind.

*Ad diem 13 Aprilis, loco horisque solitis.*



LUGDVNI BATAVORVM,

Apud ABRAHAMUM ELZEVIER,  
Academiæ Typograph. MDCCLXXXII.

DISPUTATIO MEDICA  
DE O  
PATERIAE  
ET  
PARENTIBUS.

D. D.

JOHANNES BAPTISTA PEIERLIN,

*Med. Cand. Augustano-Vind.*

AUCTOR.

## THEISIS I.



rial esse morborum genera maxime difficultia, Medicisque omnibus etiam insignioribus, vix unquam debellata, omnes plane auctioris ingenii Medici facilime ex eorundem difficultmis curationibus cognitum erit. Etenim ubi Medicus puriore doctrina institutus omnia dupli modo & ratione, duplique ex fonte Curationem suam instituere debet, maxima videtur esse difficultas; Primumque genus est, quod denotare volumus, morborum senilium; quippe qui (paulatim deficientibus naturæ viribus) ad Cymbam Charontis properant magni certè momenti erit hosce ex Orci faucibus posse revocare, Morbis eorum longe difficilioribus, & ob memoratam causam magis periculosis existentibus. Secundum genus est utero gerentium, nam cum in illis duplex forma, Medicus utrique parti studens, maximum navare debet operam, ne quid peccetur in hac vel in illa. Tertium est quod vocamus difficile genus morborum infantilium; in illis enim sæpiissime exactissimus Practicus, dubius hæret, quippe qui ex paciente nihil elicere potest, sed omnia præfigire debet: Evidèm in hisce vix aliquid veri ex externis signis colligere licet. Ut sunt ex doloribus, vagitus, ex spirituum tarditate, somnolentia, quæ omnia quânam in parte præcisè hæreant, divinare cogitur Medicus; in hisce tribus (teste experientiâ) omnes Medici, tam Neoterici quam Veteres curas, meditationes, cogitationesve, labores denique omnes intendunt, ut hisce difficultmis malis eo melius adjutricibus manibus adesse queant. Quid autem haec tenus sit præstitum, hac in re eorum scripta testantur. Gravitate itaque horum morborum ductus non abs re me factum arbitratus sum, si hac vice pro ingenii mei tenuitate, ex hisce tribus modo memoratis, affectum aliquem, eumque satis periculosum, eligere voluerim, hunc scilicet quem vocant Epilepsiam puerorum, idque cum brevi pro modulo disputationis descriptione

evolvere jam dum animus sit, subsidio, Præsidioque huc adsis  
summe Parens Jehovab.

I I.

Epilepsiam quod attinet originem habet à Græco, uti plerique  
alii morbi ἡπαλαυρεως, quod invadere, prehendere, ita  
ut quasi uno impetu in momento hoc vel illud subjectum appre-  
hendat, vocare voluerunt, alii à corripiendo deductum volunt  
hoc vocabulum consentientibus tam Veterum quam Neoterico-  
rum monitis. vid. Blancard. Lexic. Sylv. in Capite de Epilepsia.  
Burnet. Thesaur. observ. Germanis vocatur die Schwere noth.  
idem quod Belgæ die vallende sieckte / St. Jeans Euvel. Galli le  
hault mal s. grande malum appellant.

I I I.

Consecutus autem est hic affectus plurima nomina. Sic Græcis  
vocatur νόσος ἐρη morbus sacer, ac si præ reliquis singulare quid  
in se haberet & à Deo quasi esset immensus, modo peculiari, quod  
autem nostri hoc seculo viventes Medici minime ita interpretari  
queunt; cum unus morbus non plus quam alter sacer vocari me-  
reatur. Nos ergo cum Curtio Marinello dicimus, eos falsa esse opini-  
onione deceptos sacrum qui hunc nominare solent affectum: sunt  
que tales homines Magi, expiatores, circulatores, & arrogantes,  
qui se vehementer esse pios simulant, & amplius quid scire; hi  
itaque consilii, & mentis inopiam velantes, ac divinitatem præ-  
texentes, cum nihil haberent quod exhibitum prodesset, ut ne  
manifesta fieret eorum ignorantia, sacram hanc affectionem esse  
pronunciaverunt. ab Hippoc. lib. de Morbo sacro. Rectè voca-  
tur Magnus, cum maximum hoc vocari queat malum. Aliis voca-  
tur morbus Herculeus ob resistentiam Herculeam quam oppressi  
significant. Non raro vocatur Comitialis morbus, idoneus v.g. ad  
Comitia dissolvenda. Piaculum enim erat apud antiquos habere  
Comitia viro Epileptico; sic enim ait Q. Serenus:

Est subiti species morbi, cum nomen ab illo est:  
Quod fieri nobis suffragia justa recusant,  
Sepe etiam membris atro languore caducis  
Concilium populi labes horrenda diremit.

vid.

vid: pluribus Galcotii Martii Narniensis de homine l. 2. p. m. 52.  
Vocatur etiam à quibusdam. Lunaticus, ab aliis caducus. Morbus  
tandem vocatur infantilis, ideo quod infantibus communissimus  
sit, cuius rei testimonium videri potest apud Jasonem Pratens.  
apud Lommium & alios, quam denominationem etiam nobis ma-  
gis hac in parte arridere, quippe scopo nostro convenientem, in  
confesso est.

### I. V.

Non autem est quod hic quidam sibi imaginentur, nos pecu-  
liarem affectum facere, dum Epilepsiam dicimus puerorum. Re-  
verâ enim Epilepsia puerorum & adultorum, si naturam species,  
modumque afficiendi non differunt. Sed si circumstantias causas  
que hasce vel illas peculiares consideres, aliquo modo admitti po-  
test differentia. Huc accedit quod differant in subiecto inhæsionis  
dum Epilepsia vel adultis aut pueris inhæreat; cum causæ ex  
fontibus aliis deduci queant, & etiam Doses Medicamentorum  
alia atque alia methodo corrigendæ, propinandæ, exhibendæ sint.  
Qua de re Autores levem hancce facere voluerunt distinctionem,  
inter quos sunt primarii Sennertus, Mercurialis, & Cl. D. D. Et-  
mullerus Practicus Lipsiensis felicissimus.

### V.

Missis hisce ad descriptionem nos accingimus, quam tales  
putamus, nempe Epilepsiam puerorum esse motum convulsivum à  
spirituum animalium turbata mixtura & agitatione in nervos o-  
riundum, cum functionum principalium læsione gravi, & corporis  
totius prosternatione.

### V. I.

Oriri autem solet hic affectus frequentissime ex variis causis  
tam internis quam externis. Ita si illa quæ excernenda reti-  
neantur. v. g. Meconium: Illud enim cum retinetur ut justo tem-  
pore non excernatur, multum mali hac in parte excitare poterit.  
cum enim exinde oriatur alvi obstruētio, ejusdemq; in intestinis ad-

hæsio, acrimoniam suam rodendo intestina, malum auget, particulas suas aciores toti corpori communicando. Uti hoc à Practicis multis eleganter observatum fuit, teste Excell. Carol. Drelin-court. hoc in Celeberrimo Athenæo Lugdunensi Profess. Celeb. ordin. in suis enim observationibus MStis accurrate satis annotavit, Meconium retentum nil aliud esse quam aliquam substantiam rudiorem, acidam, caseofam, à nutritiva illa per præcipitacionem separatam, quod nil aliud nisi damnum infanti posse inferre in confessu est. Hujus rei testis Petrus Pachequus obs. 50 apud Burnet. de filio suo obstrukione alvi laborante Epilepsia pereunte.

### V I I.

Altera Causa ex Retentis, insensibilis est transpiratio læsa. namque hujus morbosa occlusio, obstrukcionem cum toti corpori inferat, facilime causa multorum malorum existere poterit. Nota enim est hujus in omni ætate, & utilitas & necessitas, quæ ex parte ablata, ne minimum tempus sani incolumesque permanere licet. Præ cæteris autem, infantes tenelluli, cum sæpius reficiantur alienis, non abs re quoque esse potest, quin pro copia hujus etiam copiosa requiratur perspirabilitas: Utis hoc doctiss. Sanctorius in Medicina sua Statica satis eleganter observavit, qui omnium ferè morborum principia ex perspirabilitate insensibili læsa, non sine ratione probare nititur. Etenim, quod corpora recens natorum infantium attinet, necesse omnino erit, ut nutrimenti tam universalis in MS. deducti, quam etiam peculiaris, hinc inde ad nutritandas partes distributi puritas, ab omni sæcum convenientium mole sarta tectaque servetur: aut si qua forsan particulæ aliquæ nutritioni minime convenientes admistæ forent, ut per insensibilem transpirationem penitus eliminantur, ne fanguinis mixturam æqualem inconvenientibus suis particulis turbantes, indeque tam pro spiritibus, quam nutritioni usque & usque inservientes, totum corpus inficiant, & horrida symptomata proferant, imò & proh dolor! sæpiissime exitialem interdum abitum parvulis afferant infantibus.

### V I I I.

Secundum genus causarum instituere solent assumta. sc. Potus & cibus.

cibus. Cibus & potus equidem infantum, cum sit vel in lacte vel in pulte constitutus, ex hisce male digestis & concoctis, multa posse oriri incommoda experientia constat. primum nutritum ex hisce faciunt potulenta ut lac, cerevisia, uti & aqua saccharatis mixta. Lactis vitia, varia esse, etiam illi qui prima Medicinæ fundamina attigerit innotescere potest. Fermentum enim stomachale infantorum alterationem pati potest magnam si lacte materno frustretur infans. Sic observatum fuit morborum varia genera & semina una cum lacte nutricis ascititiae in infantem esse transplantata. Sic Lithiasin ex nutrice calculosa in puerum esse deductam notat Helm. tract. nutrit. infant. ad vit. longev. Sic omnes morbi contagiosi facile ex matre cum lacte in foetum derivari solent.

## I X.

Lac autem variis modis nocere potest. cum enim singularis sit massa ex variis nutritivis particulis constans, probare licet ex eo, quod Matris nutrientis mainmas praebentis odor, in lacte multorum assumtorum, adhuc recens, inveniatur. Item quod si Matribus purgantia exhibeantur remedia, in antiquo postea lac praebatur, statim lac Maternum in infante quoque hujus medicamenti vires exercabit. Ex hisce satis superque innotescere potest, lactis mixtum dependere omnino à cibo, vel à potu à matre assumtis. Si jam in hisce peccatum aliquid foret à matre, illud statim etiam à fugente sentiri poterit. Sic verbi gratia illis nocet nimia aciditas, una enim cum lacte ad infantem perveniet. Item si Materia viscosior aut glutinosior, ad mammas simul cum lacte pertingat, aut si innumerabilibus aliis modis perversa mixtura lactis reddatur, quæ à puerulo avidè assumta, fermentum ventriculi perturbare, quo turbato, M. S. neam inconvenientioribus particulis destruere, destruta hac, inordinatos generare spiritus; generatis hisce totam cœconomiam animalis, & exinde varia symptomata, (quibus hic noster affectus merito a numerandus) procurare valet. Addo quod lac facilime acorem contrahat, & infesta aciditate bilem inficiat, quæ acido & austero Sale sanguinis massam perturbans, frequentissimam Epilepsię puerorum praebet occasionem. cuius praesagia nutrices ex fæcibus æruginosis & acidum spirantibus colligere solent.

Alia præterea potulenta infantibus propinant Matres; cum enim non sufficere videtur, harum lac, in auxilium vocant lac vaccinum, caprinum. Nos autem caute hisce in rebus agendum esse judicamus, se nperque prospiciendum an & vaccæ & capræ fano sint in statu. Illa lacticinia cum infanti non sint appropriata lactis instar materni, !facilime in iis obstructiones, multaque mala efficerent solent; & etiam ad Epilepsiam generandam conducere possunt. Defectu horum Matres ad alia sese convertunt, cerevisiamque propinant, cuius usum in totum negare non possumus, experientia edocti, permultum profecisse pueris: Autores saltem sumus ut in illa feligenda & propinanda sedulæ sint Matres. Ea enim quam vocamus generosiorem, cerebrum infantum, spiritusq; animales perturbare valet. Exulet etiam cerevisia acida, Massam sanguineam suo acore corrumpens, & ad Epilepsiam disponens. Videant Matres ne nimis propinetur frigida, nec nimis calida; hisce enim in conditionibus ubi peccatur facilime innumerabiles morborum facies miseris hisce inferri solent.

## X I.

Accedit hisce pultis usus, in quo primo spectanda est præparatio. Etenim vel ex farina cruda, vel cum Aq. simpl. lacte & saccharo cocta infantibus exhibit. Quam facile hæc in acidum transire queant, naturæ scrutatoribus clarum est. Accedit quod interdum nutrices infantibus, !ob defectum lactis, pullem præbeant nimis copiosam, qua ventriculus irritatus, ingurgitata rejicere cogitur, quod si vero retineat, non nisi cruda & austera, tam pro nutrimento, quam pro spirituum generatione sanguini suppeditare queat. sic quoque multis perperam in usu est pullem primò gustare eamque saliva inficere & imprægnare, quod multum facere potest ad pultis infaustam in Ventriculo elaborationem.

## X I I.

Tertiò causa hujus nostri affectus plurimorumque aliorum esse potest Aër. Etenim cum ille purus optime conducat, tam ad Vi-

tam Matris, quam etiam infantis, ita quoq; è contrario si quibusdam  
inimicis particulis repletus damna quam plurima inferre dicitur :  
Vernum aërem Epilepsiam proferre , ab Hippocrate affirma-  
tur Sect. IIII. aph. 20. Τὸν μὲν γένος τὰ μανικὰ , οὐ τὰ μελαγ-  
χολικὰ , οὐ τὰ δηληπτικὰ &c. Vere quidem furores , Melancholia ,  
morbi Comitiales &c. Illam fieri autumno , Senex noster Sect. ead.  
aph. 22. concedit , ubi dicit : Τὸ δὲ φθινοπώρος οὐ τὸ θερανῶν τὰ πολ-  
λὰ . . . . δηληπτικά &c. Autumno vero plurimi astivi morbi fiunt ,  
Epilepsia &c. Humanum genus Epilepsiam tempore vexare plu-  
vioso , idem observat Hippocrat. Sect. 3. aph. 16. ait enim Νοσημα-  
τα ἐγένετο εἰναὶ τῆσιν ἐπομβείησιν ὡς τὰ πολλὰ γίνεται πυρετόπε μακροὶ οὐ  
δηληπτοὶ. Morbi per assiduos imbrés magna ex parte , fiunt febres longae ,  
comitiales morbi. In Vere enim cum aér incipit , potentia solis ali-  
quo modo effervescere particulis humidioribus ex Terra in aërem  
elatis , morbi comitiales evenire solent ; propter multas heteroge-  
neas particulas in aëre latitantes , se cum sanguine permiscentes ,  
ejusque mixturam diversimode perturbantes. Autumnalis autem  
aér , itemque pluviosus , cum humiditate superabundanti corpora  
infantum inficere solet , facilime hac ex causa Catarrhi , Tussis ,  
Asthma oriuntur , uti observ. Experientissimus , clarissimus B. M. D. D.  
*Sylv. de le Boe in App. Prax. Med. tr. I. c. 6. §. 44.* ubi narrat de infante  
Bimulo forsan , cui cum supervenisset tussis suffocans , quā ubi aliquot dies  
fuisset vexatus , tandem Epilepsia correptus fuit.

### X I I . I.

Huc quoque animi Pathemata aliquid conducere , res non adeò  
obscura , practicisque omnibus haud innota. Infantes enim licet  
minores , tamen affici ira , gaudio & tristitia experientia docet  
quotidiana. Etenim irā vix major affectus esse potest , dum enim  
tremimus irati , spirituumque motum invertimus , hinc postea mul-  
ti convulsivi motus , spasmi , dolores , & hujusmodi genera mor-  
borum , facilime ortum suum deducunt ; irā enim fomes morbo-  
sus excitatur , novasque aquirit Vires , ut apud autores videre est.  
vid. Joh. Fortis centur. Consult. p. 30. edit. ult.

## X I V.

Sommum & Vigilias excedentes hoc in affectu aliquid attribuere, colligere licet ; Somnus quippe, quo nihil melius infantulis esse potest, à naturali vel deficiens, vel eundem excedens, ad varios pavores, inquietudines, fermentationes perturbatas, indequæ constitutiones à sanitate deviantes, immò ad variorum denique morborum symptomata facilime ansam præbere potest.

## X V.

Ex hisce modo dictis causis jam patet quod Massa sanguinea a crimoniam infestâ infici queat, ita ut particulis suis scindentibus & pungentibus, volatilioribus cerebrum, hujusque contextum fibram perterebrare, spirituumque animalium motum invertere, & ita Epilepsiam inferre possit, malignam spiritibus animalibus conciliando fermentationem, & motum.

## X V I.

Conceptibile est à nativitate infantibus solum Epilepsiam posse esse congenitum, qui si postea aliqua causa adjuvante irritetur, malum hoc atrocissimum infantibus, summa cum Parentum perturbatione excitare valet. Ille autem si qua forsan, parte aliqua solida inhærere contingat, ita ut vix medicamentis ad locum eundem pateat plenis viribus aditus, in diuturniorem ruere solent morbum. de his satis, hasce lineas paucis attingere lubuit & pro tenuitate nostra facile sufficienes erunt, cum reliqua ab Autoribus satis luculenter sint proposita.

## X V I I.

Conferimus ergo nos ad differentias hujus nostri affectus, quæ autem variæ, ita ut ferè quisque peculiare quid in his enodandis sibi inveniat. Nos communissima methodo aliam dicere possumus Idiopathicam, aliam verò Sympathicam, quamvis multi sint qui contrarium hac in parte sentiant: alii causam, naturam, & conditionem in differentiis hujus enodandis spectant, dum vocant aliam

aliam sanguineam, pituitosam, biliosam, melancholicam, semi-nalem. Quæ tamen differentia nobis non arridet: alii excogitarent sensatam & non sensatam, & quas imaginationes & somnia hac in parte pro veris venditant. Epilepticum vidit non cadentem Donatus, stantem Benivenius, sedentem Dodonæus, cursitatem Erastus & alia hujusmodi exempla; quas tamen Epilepsias haud veras, sed nothas esse putamus. Nobis Epilepsia alia erit contumax, id est nullis cedens auxiliis, alia erit mitis quæ curatur facile, alia erit nobis recens, alia quodammodo inveterata, alia hæreditaria, alia periodica, eæque vel simplices vel aliis symptomatibus combinatæ.

### X V I I I.

Missis differentiis nos accingimus ad ipsa hujus affectus signa, quæ ut varia esse poterint, quæ hunc affectum præcedere solent brevibus videbimus; Imminentis autem Epilepsiarum, est frigus, præprimis digitorum, visus turbatus, à celeri motu spirituum, odor fœtens, tinnitus aurium, sensuum hebetudo, tremor, somnus inquietus, pavor in somno, dolores acuti, pallor faciei, pulsus inæqualis celer, Urina pro re nata crassa. Excreta æruginosa, interdum vermes excreti; Alia signa quæ hac in parte ponenda es-sent, pro nostro instituto, ampliores requirunt paginas.

### X I X.

Cæterum quoque præsentis Epilepsiarum certi reddimur ubi spuma oris prodit. & ejus rei Clarissimus quidam Amicus paucos ante dies nobis communicare voluit observationem satis curiosam. De spuma Epileptici cujusdam infantis ætate viginti 6. circum circa septimuarum, in cuius spuma extra os panno coccineo collectâ vermiculos vidit & detexit viventes. vid. Forest, obf. 65. l. 10. & Burnet. p. 292. puer enim dicit trium annorum cum Epilepsia corriperetur simul vermes mortuos ejiciebat. Symptomata Epilepsiarum plerunque sunt varia. v. g. febris quæ utplurimum continua esse dicitur, lenta tamen. Aphonia interdum eandem comitatur Epilepsiam. Præcipites ruunt, clamores edunt, quod experientia edoctus non semel vidi, pollices

in manibus claudunt. vid. obs. supta citati Foresti. 53. lib. 10.  
de cerebri morbis , quanquam eadem observatio non proprie  
pueros spectet , sed virum , nihilominus tamen quo possibilita-  
tem rei ostendamus hancce addere lubuit observationem. Ocu-  
lis transversum vident , rigores , stertores , tremores , horro-  
res, contorsiones membrorum, pandiculationes, oscitationes adesse  
solent. Haud tamen in omnibus cum pro modulo fomitis non  
semper malum unam eandemque faciem praese ferre possit.

## X X.

Prognosin quod spectat illa instituitur ex modo dictis. Est  
autem affectus morbus periculosus per se , qui periculosior in-  
vadit si symptomata superveniant graviora. Hæreditaria vix reme-  
diis cedit. Senex noster de hujuscemodi morbis hæc in verba  
erumpit. Sect. 7. §. 7. τὰ δηλητικὰ ὄνδοσις ταῦτα οὐνεταὶ μετάστασιν ἴχθ. ὄνδοσις ᾧ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτῶν γίνεται , τα-  
τέοισι τὰ πόλαι ξυναποθνήσκειν. Quibusunque morbi Comitiales  
fiunt ante pubertatem , mutationem accipiunt , quibusunque au-  
tem anno vigesimo quinto , ferè commoriuntur. Estque hic affe-  
ctus morbus periculosissimus & inter acutissimos recensendus ,  
quia aliquando paroxysmus una hora eripuit hominem. Ita maxi-  
ma difficultas si malum est hæreditarium , itemque si sæpius redie-  
rit , habemus enim observationes malum uno die sæpiissime reite-  
rasse. Trincavall. consil. 25. l. 1. narrat de pueri qui singulis 15  
diebus Epilepticus concidebat; sed quo plura pharmaca exhibuerunt  
eo affectus magis crevit, ita ut in 24 horis paroxysmos haberet plu-  
res centum & quinquaginta, leves tamen, quia parva commotio ca-  
pitis cum bulla circa frena labiorum aderat. Unde tandem cogno-  
verunt morbum esse non per affectum capitum sed per consensum à  
ventriculo, quare cum illum pharmacis exagitare desisterent & ro-  
borarent puer egregie convaluit. Huc usque Trincavell. Non ita  
pridem Exc. Dn.D.Hæriman.Pract. Augustæ v. felicissimus literis  
observationem communicavit nobis tanquam suo cognato filiolæ  
duntaxat septimanarum natæ quæ unica die quaterdecies convul-  
siones Epilepticas passa est. Pueris & senibus morbus ferè est lethali-  
lis , cum sint debiles , nec remedia illa ferre queant , sed habeant  
poros & fibrarum situs parum mutabiles. Quando ulcera in pueris  
erum-

erumpunt experientia teste quotidiana præsente Epilepsia aut Epilepticis pueris bonum signum esse dicimus. Absit interim ut prorsus nullam habeamus spem salutis; statuamus potius Epilepsiam recentem Symptomatibus non adeo diris stipatam Medici in potestate ratione curæ maximopere esse. Cum tamen Medicus non verbis, uti superstitiosum illud hominum genus sed medicamentis illi resistere debeat. Videamus paucis quibus instructus esse debeat armis ad hostem adeo insensum viatoriosè debelandum.

## X X I.

In Curatione autem hujus affectus observandæ sunt causæ quas recensuimus, illis enim sublatis tollitur effectus. Inter causas autem numeravimus Meconii stagnationem nimiam, alvi obstructionem; hæ si peccent evacuantia, leniterque purgantia adhibenda statuimus. Ita optimum est si evacuentur primæ viæ, tam per vomitum quam per secessum. Infantibus applicari possunt ab initio, cum enim eorum corpuscula nimis sunt debilia, & fortioribus vix tractari poterunt, suppositoria ad alvum movendam ex trochisc. alhand. hiera, cum melle parata. malum si à ventriculo ortum suum ducat, ad Vomitoria Medicus progredi potest, accurata tamen attentione eorum qui curationi suæ se se subjiciunt. Exhibeat nimirum vinum scillitic. oleo Amygdal. recenti admixtum, a. m. Salis Vitrioli à Θβ ad ɔj. Per alvum quis desideret purgare neglectis suppositoriis; purgetur cassia cum saccharo mixta; hujus enim ope lubricæ redduntur & absterguntur primæ viæ. Conveniens etiam erit si demus pulpam passular. min. c. Syr. de Cichor. Rhabarb. addito item Crem. Tartari. Syr. rosar. solut. ut ita recrementa per alvum tollantur & abducantur.

## X X I I.

Transpiratio deinde ubi erit læsa corrigenda erit, ita recens natis & paulo natu majoribus quo pori ritè aperiantur, apertique maneant, convenient balnea, ex aqua tepida simplici. cave tamen ne in calore aut frigore pecces, ne quoque timorem immittendo in aquam tuo incutias infanti: nam ex timore aut terrore, non

semel ortam vidimus Epilepsiam. Immissum ægrum in aquam bene ablui volumus, quo id quod intenditur eo melius perficiatur. frictiones linteo calidiuscule, non tamen nimis crassæ sed tenui per totum corpus multum huc faciunt teste experientia. Ubi opus erit ad Medicamenta ut progrediamur in lacte nutricis lenissima dentur sudorifera; convenit hac in parte Crocus. Sal Card. bened. Absynth. Antimonium diaph. C. C. sine Igne, pulv. Marchion. & alia plura quorum copiam hoc in loco ut narrem, vix opus esse duco ne limites disputationis transgrediar.

### X X I I I.

Lac Matri si scateat particulis acidioribus corrigendum erit, ita convenient Matri anisata, fœniculata, s. horum semina post pastum quemcunque comesta. Caveat nutrix ne se ingurgitet nimis acidis cibis, qui nihil aliud nisi lac eadem in forma generare possunt, cæteroquin lac emendari poterit aliquo sudorifero medicamento; ita datur ejusdem liquor C.-C. succinatus Spiritus Salis ammoniaci, Salia fixa sudorifica, Terræ acidum imbibentes, ut hoc in casu Terra foliata Tartari, it. lap. Bezoar partes obtinet.

### X X I V.

Succedunt hisce Errata pultis. eqnidem illa facilime mutari poterunt. ita loco farinæ, sumi potest panis similagineus excatus, qui probè tritus lacte in pultis consistentiam redigi potest. miscendo huic vitellum ovorum, & præterea semen fœniculi, Anisi. vid. de hac re amplius loquens Excellent. Dn. D. Etmülleri Practici Lipsiensis Celeberrimi Valetudnarium infantile.

### X X V.

Cæterum semper & ubique videndum ut acidum nimium peccans in Epilepsia quantum possibile corrigatur, quod optime fieri potest Medicamentis acidum destruentibus visciditatemque tollentibus, uti nil melius quam Salia volatilia esse poterunt in specie

cie tamen oleosa , quæ acida optime corrigunt , referatur huc Spiritus Salis armoniaci anisatus , sœniculatus , caryophyl-latus. Optimus quoque est liquor C. C. suecinatus. Multa etiam Autores fabulantur multa verè dicunt de appropriatis antiepilepticis , quorum unum aut alterum addere lubuit. Galen. multa l. 6. simpl. cap. de Pœonia dicit , ipsam nimirum collo appensam præcavere ab Epilepsia. quod alii variis obser-vationibus affirmant ; quanquam non collo amant appensam , sed aliis medicamentis mixtam , uti Burnet in Thesauro suæ Medicinæ Practicæ variorum felicissimas allegat observationes. Disqui-rant autem illi inter se , per nos licebit quonam in anno , men-se aut die aut nocte Radix illa Pœoniæ colligi debeat , qui superstitionis illis collectionibus confidere amant. non tamen collectiones non esse cuilibet anni tempori accommodatas dici-mus , sed superstitionem solummodo rejicimus. Ungulam Alcis commendant plurimi. Forestus narrat quod Empiricus quidam post universalia remedia nucham candelâ cereâ incensâ cauterii instar inusserit , & Radices pœoniæ in patella cum butyro fri-ctas continuo dederit comedendas , & ita juniores & magis adulos magna cum admiratione curaverit. Stercus Caponis val-de etiam non ab uno laudatur , ab alio prædicatur album pavo-nis cum successu. vid. Henricum ab Heers obs. 24. pulverem Marchionis optimo successu adhibitum fuisse vidimus & alia plura. ampliorem qui desiderat descriptionem hoc in loco à me non expectet.

## X X V I.

Symptomata quæ forte fortuna occurruunt pro natura horum medicamentis hisce dictis curari possunt. Etenim morbus si du-plicatus duplex etiam debet esse Cura. Si febris adest sudori-feris pellenda. Ubi dolores adsunt abdominis opiatis fistendi. Si dentitio malum inferat illi pro renata occurrentum. tales enim causæ expulsæ ubi erunt & ipsa Epilepsia corpori valedicet. Vermes ubi adesse patet, amara nostra sint remedia & quantum fieri potest , cito , tuto , & jucunde ægrum illis corrodentibus infectis aut animalculis liberemus. & idem intelligi volumus de omnibus Symptomatibus.

Restat itaque ut paucula adjiciamus de Diæta quæ in dupli-  
forma in Epilepsia erit observanda. Evidem cum illud quod  
Matri nocet etiam infanti noceat, hujus accurata habenda erit  
ratio. Caveat illa à nimio acido, aut à cibis aciditatem in-  
ferentibus viscosis, ut à fructibus horrariis, & reliquis huc fa-  
cientibus, vitet animi pathemata, v. g. iram, tristitiam, Hippo-  
crates enim ipse dicit omnes fermè Melancholicos fieri Epilep-  
ticos. non se ingurgitet nimio Potu generoso aut ardente, uti  
Vino usto, spiritu Vini anisal. & Vino m. Gallico Sulphure im-  
prægnato. ne se dedat nimia Veneri; Videat ne pedibus nudis  
in locis frigidis ambulet, aut aquam frigidam manibus tractet.  
hæc enim uti corpori non convenient, ita etiam lactis con-  
ſtentiam corrumpere poterunt. Ubi se morbosam sentiat à lacta-  
tione abstineat, utatur cibis *& πεπλοις*, succulentis, nutritivis, puta  
lacteis, Schocolata, amygdalatis, jusculis gallinaceis, carne agni-  
no, & talibus. Infans arceatur à nimia suſtione, melius enim ſæ-  
pius aliquid, quam una vice totum gravare ventriculum & ita  
tam fermentationem, quam digestionem impedire. Utatur aëre  
paulo calidiore, lavetur interdum aqua tepida, motus cunarum  
non sit adeo fortis ne nimio motu, præfertim assumto cibo, ad  
generandos inordinatos Spiritus corpusculum aptum reddatur. à  
nimio fletu quantum possibile detineatur; ad iram nec ad im-  
modicum risum non invitetur. Hæc si bene administrarentur Di-  
vino annuente auxilio tantas Epilepsias Medicis in Praxi non  
occurrere videremus. Interim hisce finitis paginis DÉO Ter  
Opt. Maximo sit Laus & Gloria.

F I N I S.